



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ex vino donum. Ille vultu liberali visus probare dicta, repositis in equos Patribus præire perrexit. At ubi ad aquarum vêtum est finem è conspectu evanuit. Hominem rusticanum accolarum è numero habitus ac species indicabant. Rocca tamen, cuius nos & ex ore, & commentario hæc accepimus, nunquam dubitavit, quin cælestium fuerit ciuium vnus à Deo missus, qui sanæto illi Patri laborum spatium in publicas utilitates propagaret. Idq; argumentabatur, tum, quod ante necessitatis momētum nunquam apparuerat, tum, quod, vt extra periculum ventum est, desit apparere. Nec erat simile vero promissa benignitate, cum hospitium proximè abesset, se se fraudaturum. Vt cumq; Lector accipiat: mihi haud paulò mirabilior est illa Canisij in supremo discrimine securæ mentis lætitia, & immortalitati tanquam ex proximo ostensæ manus iniiciendæ cupido.

Rebus OEniponti, quam potuit optimè, gestis, reuersus Dilingam ineunte anno duodecesimo stylo manū admouit. Ceterum vix primas duxerat lineas, cum vehementer institit Cardinalis Otho, vt per magni Ieiunij opportu-

na

an. 1568.

an. 1568.

1568.

Elingam ex colit.